



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

P[o]enae inferni sunt multae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Pæne inferni sunt multæ.

Prima est uermis. Isa. Vermis
eorum non morietur, &c. Se-
cunda est ignis. Idem. Et ignis
eorum non extinguetur. Judith. Da-
bit eis ignem, & uermes in carnes
eorum, ut urantur & sentiant usque
in sempiternum. Ecclesiasticus. Vin-
dicta carnis impij, ignis, & uermis.
Matth. discedite à me maledicti in
ignem æternum, &c. Tertia fetor
Isa. Erit pro suauj odore fetor. Idem. Isa. 3.
Interfecti eorum proiicientur, & de
cadaueribus eorum fetor ascendet.
Quarta erit frigus. Matth. Ibi erit
fletus, & stridor dentium. Iob. 24. Mat. 13
Ad nimium calorem trāsibunt ab a-
quis niuum, & usque ad inferos pec-
catum illius. Quinta erit fames. Isa. Isa. 65.
Ecce serui mei comendent, & uos
esuriatis, &c. Sexta sitis. Ibidem.
Ecce serui mei bibent. & uos sitie-
tis. Ecce serui mei letabuntur,
& uos confundemini. Ecce serui
mei præ exultatione cordis lauda-
bunt & uos præ dolore cordis clama-
bitis, & præ contritione spiritus
ululabitis. Habetur etiā exemplum de

Isa. ult.

Ibidem

Iud. 16.

Eccles. 8.

Mat. 25

Isa. 3.

Ibidem

Iob. 24.

Iob. 24.

Ibidem

Ibidem

Ibidem

Ibidem

CHRISTIANA

- diuite . Septima erit horror tam loci
Job. 10 quam demonum . Job . Vbi nullus or-
do , sed sempiternus horror inhabitat .
Job. Idem . Vadant , & ueniant super eum
horribiles . Octaua erunt tenebræ .
Mat. 22 Matth . Ligatis manibus & pedibus
proiicite in tenebras exteriores , &c .
Nona erunt Vincula . Ibi etiam erit
fletus & stridor dentium iuxta salua-
toris sententiam apud Matthæum .
Mat. 22 cap. 22 .

*Proprium à claustralibus fu-
giendum est propter
duso .*

Gen. 19 **P**rimo propter exemplum Loth.
Quæ respiciens retro uersa est
in statuam salis . Claustralis post
se respicit , quâdo diuitias mudi , quas
relinquit , concupiscit ; statua salis
corpus eius efficitur , cum claustralibus
in claustro suo corpore conuersatur .
Statua enim similitudinem hominis
habet , sed non est homo , sic talis si-
militudinem habet monaci , & cœno-
bitæ , si est Monacus , uel cœnobita .
Statua salis est , quia exemplo suo co-
dit alios , & sibi utilis non est . Hoc
Luc. 17 exemplo reuocat ad memoriam Do-
minus